

Incepto Psalmo, Pontifex cum forficibus incidit vnicuique extremitates capillorum in quatuor locis; videlicet, in fronte, in occipitio, & ad v-

tramque aurem, deinde in medio capitis aliquot crines capillorum, & in bacile deponit, & quilibet, cum tondetur, dicit.



Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi.

Omibus tonsis, mitra deposita, surgit Pontifex, & stans versus ad illos, dicit.

O remus.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt hi famuli tui, quorum hodie comas ca-

pitum pro amore diuino deposuimus, in tua dilectione perpetuo maneant; & eos sine macula, in sempiternum custodias. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Tunc schola inchoat, & profequitur Antiphonam sequentem. Quæ incepta, Pontifex sedet cum mitra. Antiphona.